



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Mansuetudinis incitamenta sunt duo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

CHRISTIANA

Auguf. tare, quid petat Dominus, quoniam
 fuū. Vnde P. Auguf. Omne enim bo-
 num nostrum aut ipse est, aut ab ipfo.
 Idem dicit tibi Chriftus, da mihi de
 eo quod dedi tibi. De meo quero, &
 mihi non donas de meo. Da & reddo;
 habuifti me largiorem, facito debito
 rē. Quartū est, quia ipse debet cogita-
 re q̄ ipse quādoq; ab eo habet petere
 regnū æternū, & q̄ modo negat ei mo-
 dicum panis, negabit ei Deus regnum
 fuum. Prou. Qui obturat aurem fuam
 ad clamorem pauperis clamabit ipse
 & non exaudietur. Vnde quidā sapiēs,
 ait. Ne dubites cum magna petas, im-
 pendere parua. Hæc funt ergo que
 misericordiam adiuuant, quam fi ha-
 buerimus erga pauperes, & nobis etiā
 fiet misericordia. Beati misericordes,
 quoniam misericordiam &c.

Pro. 21

Matt. 5

*Mansuetudinis incitamenta
sunt duo.*

Eccl. 1 **P**rimum est, quia Deo placet
 Ecclesiasticus. Beneplacitum
 est Deo fides, & mansuetudo,
 & hoc potest ostendi tribus modis.
 Primus est, quia ipse fuit mansuetus.
 Soph. 3 Vnde Sopho. 3. Querite dominum om-
 nes mansueti terræ, querite iustitiam,

Soph. 3

quærite mansuetum. Et Matthæi. 21. **Mat, 21**
 Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus,
 &c. Secundus est, quia mansuetos
 exaudit. Vnde Iudith. 9. Humilium, **Iudit 9,**
 & mansuetorum semper tibi placuit
 deprecation, &c. Tertius est, quia
 mansuetos saluat. Pſal. Cum exurge- **Pſal, 75**
 ret in iudicium Deus, ut saluos face-
 ret mansuetos terræ. Item Mansueti **Pſal, 36**
 autem hereditabunt terram. Secun-
 dum incitamentum est, quia gratiam
 proximi acquirit. Ecclesiasticus. In **Ecccl, 6,**
 mansuetudine opera tua perface, &c.

*Mansuetudo Christi in quatuor
 cognoscitur.*

Primo, in contumeliis uerbo-
 rum ad quas fuit Christus man-
 suetus. Io. Nonne benedicimus **Io, 8,**
 nos, quia samaritanus es tu, & dæmo-
 nium habes? Vnde Christus respon-
 dit. Ego dæmonium non habeo, sed
 honorifico patrem meum. Et Pet. **1. Pc, 2,**
 Cum malediceretur, non maledice-
 bar, &c. Secundo in rapinis rerum. Io. **Io, 19,**
 Acceperunt uestimenta eius, & fece-
 runt quatuor partes. Tertio in iniu-
 riis corporum. Isa. sicut ouis ad occi- **Isa, 53,**
 sionem ducetur, & quasi agnus coram
 tondente se obmutescet, & apparuit